



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

51 Absoluentes à casibus reservatis, sine speciali facultate, quas poenas
incurrant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

audiendas approbatis, quorumcunq; or-
dinum jussit, & præcepit, ne sub præ-
textu privilegiorum, indultorum, aut fa-
cultatum generaliter, vel specificè, scri-
pto, aut vivæ vocis oraculo, vel per com-
municationem à Sede Apostolica, vel
eius auctoritate, eorum ordinibus con-
gregationibus, collegiis, vel societati-
bus, aut Archiconfraternitatibus secula-
rium, aut singularibus personis, aut alias
quomodocunque sub quibusvis tenori-
bus, formis, & clausulis, etiam deroga-
toriarum derogatoriis, ad cuiusvis eti-
am Imperatoris, Regum, aut aliorum
Principum instantiam cor. cœlarium, seu
confirmatarum, audeat, vel præsum-
mat de cœtero, & in perpetuum ali-
quem cuiusvis status, gradus, & conditio-
nis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quam
secularis, etiam si Regiæ, vel Imperi-
alis existat, ab ullo ex casibus clare,
vel dubie in Bulla in die Cœnæ Domini
legi solita contentis, Sedi Apostolicæ
reservatis, aut in futurum reservandis,
nec etiam à casibus, quos Ordinarii lo-
cotum hæstanus reservarunt, vel in po-
sterum sibi reservabunt, nullo casu,
etiam necessitatibus, vel impedimentis,
nisi in mortis articulo, seu cum nova,
& speciali Papæ, aut successorum suo-
rum, vel Ordinariorum, quo ad ca-
sus ab ipsis tantum reservatos respectivè,
habita licentia, Ordinariis locorum
exhibenda absolutionis beneficium im-
pendere audeant: sed, cum opus fue-

rit pœnitentes ad superiores legitimos
51 si judices suos accedere consulant, † sub
poena contrafacentibus, tam regulari-
bus, quam secularibus, excommunicati-
onis, privationis officiorum, & di-
gnitatum, ac beneficiorum, inhabilita-
tis, & ad quæcunque officia, præla-
turias, & beneficia in posterum obtinen-
da, ipsa facto absque tulla alia declara-
tione incurrit, habilitatione, dispen-
satione, & absolutione, illis, qui
contrafecerint, præterquam in mortis
articulo, Romano Pontifici tantum re-
servata: ut in litteris de super impressis,
& per loca solita ubique locorum publi-
catis, subdat. Romæ. 13. Novemb. anno
1600.

Veruntamen, ne hac occasione ali-
quis pereat in eadem ecclesia Dei; cu-
52 stoditum semper fuit, † ut nulla sit re-
servatio in articulo mortis, atque ideo
omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes
à quibusvis peccatis, & censuris absolv-
vere possint, sed cum conditione, si
convalescant, extra quem articulum,
sacerdotes cum nihil possint in casibus
reservatis, id unum pœnitentibus per-
suadere tenentur, ut ad superiores, &
legitimos judices pro absolutionis be-
ficio accedant. concil. Tridentin. eod.
cap. 7. in fin. de cas. reserv. sess. 14. cap.
pastoralis, §. præterea, de offic. ord. clem-
cupientes, in fin. de pœn. & cap. inter cun-
ctas, §. duos temen, in extravag. com. de
privil.

DE

